



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De Ili & Leontij tyrannide. Caput XXVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

Cæfareā Cappadociæ demigrat: ibique ad quosdam monachos se aggregans, postea dum latitare cuperet, deprehēsus est: atque ab imperatore Tarsum usque Cilici amanatus, coma abrasa, præsbyter designatus est. Sunt ista qui dem ab Eustathio Syro scripta pereleganter.

*De Ili & Leontij tyrannide.*

*Caput XXVII.*

**E**s apud eundem scriptorem Zenonē infinitas ferè in sīdias contra Berinam socrū suam struxisse: postea autem eam relegasse in Ciliciam: eamq; inde denuo ad arcem, quae Papiriana dicitur, illo iam tyrannidem exercente, transtulisse: in qua excessit è vita. Res autem ab illo *Vide Cuf.* gestas idem Eustathius perdiserte scribit, tum quemadmodum à Zenone insidijs appetitus effugerit, tum quo pacto *in vita Zenonis.* Zeno eum, cui dederat mandatum, ut Ilū interficeret, morte multauit, capite ideo ceruicibus absctisso, quod eum obeonatus frustrationem tali mercede compensare voluit. Illum verò, quod facinus tentatum occultaret, ducem copiarum in Oriente militantium designauit. Is amicitia nō cū Leontio solum, sed cum Marso etiam, viro spectato, & Pāprepe contracta, in partibus Orientis commoratus est. Iam verò quod narrat Leontius Tarſi Ciliciæ imperator renuntiatus fuerit, & quem fructum isti ex tyrannide sua percepérint, cum Theodorichus vir genere Gotthus, & apud Romanos in magno honore habitus, dux cum nostris, tum exteris copijs stipatus, contra eos emissus esset, quinetiam qua ratione miseri à Zenone pro benevolentia, quam versus illum præstiterant, trucidati, & præterea quod Theodoricus, cognito Zenonis consilio & voluntate, ad antiquam Romanam se receperit, idem Eustathius literis concinnè admodum persequitur. At quidam memorant Theodorichum, Zenone authore, viciſſe Odoacrem, & ita tum Romanam sibi subieciſſe, tum se regē nuncupasse.

*De Mammiano, & gestis eius.*

*Cap. XXVIII.*